

**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz

**Herausgeber:** Historischer Verein Zentralschweiz

**Band:** 3 (1846)

**Artikel:** Belege, bezüglich auf die uranfängliche Gründung des Minoriten-Klosters in Lucern

**Autor:** [s.n.]

**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-109790>

#### Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

#### Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

#### Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 17.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

# C.

## **B e l e g e , bezüglich auf die uranfängliche Gründung des Minoriten-Klosters in Lucern.**

---

### 1.

**1269, 22 Christmonat.**

(Stiftsarchiv Lucern.)

Vniuersis presentium inspectoribus, Berchtoldus Abbas Morbacensis, Noticiam rei geste. Quoniam tempus secum rapit omnia, vt nouerca gestorum obliuio. ceca uetustatis caligine, gesta | non sorbeat modernorum, expedit ea scripture beneficio commendari. Nouerint igitur presentes, et posteri, quod lite nobis et nostro Monasterio per fratres minores suscitata, Nos de communi confratrum nostrorum | consilio, et assensu singulorum quoque super hoc requirendorum, uoluntate primitus accedente, viro discreto. Domino. Walthero de Hochtorph Canonico Beronensi, nostro confratri pro certis debitis videlicet xx. | Mar. Argenti, pro necessitate nostri Monasterii contractis, vtpote ad expensas litis predicte concessis et libere mutuatis, Curtem nostram in Rein, seu pocius redditus certos tam frumenti quam an - | none, prout licuit obligauimus sponte, publice et expresse, exceptis redditibus singula- riter ad nostram personam spectantibus, Redditibus predicte curtis ad usus ab eo deputatos | ex integro cum effectu percipiendis, et in sorte mutuati legitime computandis. Adicientes tamen, vt si prescripto Walthero antequam suam solutionem plenarie fuerit assecutus, per composi- | tionem aliquam, uel alio quocunque modo argenti prenotati summam reddiderimus, Curtis sepedicte,

et redditum, liberam rehabebimus protestatem. Prelibatus autem Walterus sue uoluntatis | arbitrio nostraque ac conuentus nostri connuentia Dominum petrum Camerarium et . . Scolasticum nostri Monasterii ad prefatos redditus colligendos constituit, qui se ad hoc bona fide pariter astrinx- | erunt, vt obligatos sibi redditus in curte predicta suo nomine percipient et requirant, et de collectis ex Curte sepedita prouentibus summam viginti Marcarum fideliter et efficaciter ad usus | Monasterii et conuentus, nomine remedii reponant. Si vero ipsum cedere uel decidere contigerit ante perceptionem aliquam, totalem summam nichilominus pro suo remedio Monasterii usibus reponant, | Sicut ex instrumento sub sigillo ipsius confecto patet euidenter. Ad hec obligationem ipsam in novando presentibus profitentes, pro nobis nostrisque successoribus, renuntia- | mus beneficio restitutionis in integrum, iure maioris et minoris, necnon iuri Canonico, ciuili, et consuetudinario, edictis et priuilegiis editis uel edendis et ex- | ceptioni cuilibet per quam obligatio premissa retractari posset, vel ulla tenus impugnari. Nos etiam conuentus Monasterii Lucernensis videlicet . . Custos et | . . Elemosinarius ceterique confratres Sigillo venerabilis patris ac domini nostri Abbatis prelibati, contenti sumus, Ratum et gratum habentes quicquid factum est in pre- | missis. Datum Lucerne, Anno domini. M. CC. LXIX. XI. Kl. Januarij. In di  
ti o ne. xij.

## 2.

1269.

(Staatsarchiv Lucern.)

Benedictus <sup>1)</sup> dei gratia Abbas Morbacensis, Omnibus Christi fidelibus presentium inspectoribus noticiam subscriptorum. | ut super litibus amicabiliter decisio nulla in posterum ambiguitas oriatur, cautum est, que geruntur scripturis solidari. Noverint igitur | universi tam presentes quam futuri quod cum inter nos nomine Monasteriorum Morbacensium et Lucernensium ex una, Et viros religiosos | fratres minores nec non cives Lucernenses ex parte

<sup>1)</sup> Sollte Berchtoldus heißen. — Die Urſchrift, welche nicht mehr vorhanden ist, hatte ohne Zweifel den einfachen Bs. mit dem Apostroph darneben, woraus der Abschreiber unrichtig Benedictus mache.

altera, super eo, quod iidem fratres se apud Lucernam in fundo emphiteotico mo- | nasterii nostri nobis non consentientibus rece- perunt suborta fuisse materia questionis, tandem de consilio bo- norum inter nos ordi- | nata fuit compositio amicabilis in hunc modum, videlicet quod predictis fratribus nomine Monasteriorum predictorum et Conventum | vendidimus areas solventes quinque solidos annuatim, sitas in oppido Lucernensi intus et extra apud portam per quam itur | versus Kriens, pro centum et quinquaginta quinque marcis argenti ponderis Lucernensis. Ita quod liceat eis in areis prefatis libere | et absolute sine omni contradictione offi- cinas claustrales construere Et ecclesiam ac locum sepulture. Processit autem hec inter | nos compositio de pleno consensu et voluntate conventum prefatorum, quia pecuniam receptam propter hoc ad solutionem nostrorum expendimus | debitorum. Ut autem hec venditio rata permaneat et stabilis perseveret, tam nos quam prefati conventus nostri renunciamus omni exceptioni | juris et facti in integrum, restituciōnī, statutis, privilegiis, Indulgētiis, et generaliter omnibus, per que prelibata compositio et venditio | infirmari posset vel aliquatenus revocari. In cuius rei testimonium presentes sigillo nostro et conventus nostri morbacensis, et | prepositi Lucernensis, duximus roborandas. Datum In Lūceria.

1269. Indictione 13. <sup>1)</sup>

## 3.

**1285, 12 Heumonat.**

(Stiftsarchiv Lucern.)

Comparentibus coram nobis Friderico de Columbaria Canonico Basiliensi, Subdelagato a Reverendo in Christo patre | ac domino. H. dei gracia Basiliensi episcopo, Judice ac conseruatore priuilegiorum fratrum minorum per allemanniam | a Sede apostolica deputato Anno domini. M. cc. LXXX. Quinto, Quarto Idus Julii, domino Diethelmo | custode ecclesie Basiliensis procuratore sedis

<sup>1)</sup> Dieser Brief steht im 68 Pergamenblätter starken alten Jahrzeitbuche der ehemaligen Barfüßer, auf dem der ersten Seite vorangehenden Blatte. — Ich habe ihn bereits vor 14 Jahren in Ritters M. Russen Chronik (S. 36.) abdrucken lassen.

apostolice, in causis fratrum minorum per provinciale ministerum| nominato, ex parte vna, et magistro Conrado de Sulzmat canonico ecclesie sancte Marie Morbacensis ex parte | altera, procuratore honorabilis viri domini .. prepositi Lucernensis ostensis procuratoriis, et admissis, de | consensu eorumdem procuratorum, ob reverenciam venerabilis in Christo domini .. abbatis Morbacensis, dictam | diem sub spe pacis et amicabilis compositionis vsque ad proximam diem non feriatam post festum beati | petri ad vincula, duximus prorogandam, Datum anno et die vt supra, Et quia proprium | Sigillum penes Nos non habuimus ad presens, sigillo Curie Basiliensis vsi sumus in hac parte.

## 4.

**1285, 27 Augustmonat.**

(Stiftsarchiv Lucern.)

Vniuersis presentium inspectoribus frater Theodericus ordinis fratrum minorum Minister prouincialis superioris Alemanie, orationes in domino salutares. Cvm inter reli- | giosos viros .. prepositum et Conuentum de Ligeria ordinis sancti Benedicti, constantiensis dyocesis ex vna, et .. Gardyanum et fratres minores eiusdem loci ex parte al- | tera, orta esset materia questionis, hec est decisa mediantibus fide dignis in hunc modum, Quod si prefatus .. prepositus probare potest dictos fratres minores pagatos esse de redditibus quinque solidorum, sicut in Instrumento super hoc confecto continetur, tunc prefati fratres minores predictum dominum .. prepositum impedire non debent in aliquibus | bonis pertinentibus ad dictum .. prepositum, seu ad monasterium Lucernensem, et eorum inhabitatores, et specialiter inhabitantes Hospitale seu eius plantatores de nouo constructum, | trahendo eos ad iudicium, nec trahi procurare quoquo modo, vel alias impedire. Si vero probare non poterit .. prepositus antedictus, dictos fratres minores esse pagatos de | redditibus quinque solidorum ad plenum iuxta continentiam literarum, Tunc prefatus dominus .. prepositus et conuentus, prefatos fratres minores impedire non debet, nec procurare | impediri, quin prefati fratres minores occupare possint et attrahere sibi, usque ad completam summam quinque solidorum, in areis sibi contiguis, maxime in area vbi pre- | dictum Hospitale est constructum, et eorum monasterium, sicut in Instrumento

super hoc confecto plenius continetur. Placuit etiam partibus, vt coram discretis viris . . | abate de Capella, et domino Hermanno dicto de Rusegge Clerico, pro arbitris electis a partibus hinc et inde, probaret dominus . . prepositus predictus, fratres minores esse | pagatos de redditibus quinque solidorum, si eos commode habere possent, alioquin alium vel alios eligent, fraude et dolo penitus circumscriptis, qui si di- | scordes fuerint in pronunciando, Religiosus vir frater Hartliebus Custos fratrum minorum alsacie, ad concordandum eos, suas interponat partes, et quicunque | diffinitum fuerit a predictis arbitris, vel a duobus predictorum, ratum habebitur a partibus hinc et inde. In quorum eidem, Ego . . Minister predictus sigil- | lum meum, vna cum sigillo domini Friderici de Columbaria, Canonici maioris Ecclesie Basiliensis, nomine prefati prepositi, et ad petitionem ipsius specialem, eo quod | sigillum proprium penes se non habuit, et Conuentus fratrum minorum in Luceria, duxi presentibus apponendum. Datum Basilee, Anno domini. Millesimo. cc. | lxxx. Qvinto. vj. Kalendas Septembbris. Et nos . . prepositus Monasterii Lucernensis predictus, jn eidem premissorum et robur firmum, confitemur, | Sigillo proprio ad presens, Sigillo domini Friderici prehabiti, ad nostram Instanciam has literas esse communitas, Anno et die Domini prenotatis — —

